BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schneevogel, Paul

Iudicium Iovis ad quod mortalis homo a terra tractus parricidii accusatus
mit Widmungsbrief des Autors an Stephan Gülden

[Leipzig] [ca. 1495]

4 Inc.s.a. 1334
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00030187-4
BSB-Ink N-45 - GW M26130

Jnc. 4
s. a.
1334

0
4° Inc. s. a. 1334
Niavis




Hain *11743

V. Pan





BSB Bayerische StaatsBibliothek
© 2007 digitalfoto-trainer.de

~~173~~
49.

V. Panzer Annal. typogr: Vol. I. pag. 500. num. 277.

incunab

ad Poetica.

Paulus Niavis / alias Nivis, Schneevogel / Author huius opuſculi, Lipſiae Poeſin docuit, et anno 1494. adhuc in vivis erat.

*Pauli Niavis*

# Iudiciuz Iouis in valle amenitatis habitum ad quod mortalis homo a terra tractus ꝓpter mõtifodinas in mõte Niueo aliiſqꝫ multis ꝑfectas ac demū parricidii accuſatus.

*Sine Anno, loco et typogr.*
*Lipſiae vero, typis minoribus Conradi Kachelofen.*

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS.

BSB



# Paulus Niauis artium Magiſter Venerādo viro Steffano Guldē plebano in zwickaw dn̄o ſuo imp̄mis colendo Salutem plurimā d.

Retulit ad me familiaris meus Rupertus horennaw de goſſē
grun cum ab vniuerſitate in patriam reuertiſſet / mirandū fu
iſſe exortum rumorem / de heremita / qui clauſaz habitat in ne
more / cui a bohemia nomē datum / in ea pte / que iuxta opi=
dum lichtenſtat preruptos continet montes : ⁊ incredibilē pe=
ne vaſtitatem / vbi ſacellum eſt Sancti alberti . ad quod deuo
tionis cauſa vt quondam : ſic quoq₃ et nunc migrare homines
conſueti ſunt . qui heremita ſolitariam illic ducens vitā ea de
buiſſet vidiſſe / que in hoc libello litteris mandauimus . fue=
runt autez vulgariter ſcrip ta et dicto Ruperto data vt in lati=
num transferret . adoleſcens vero tametſi promotus in artibꝰ
baccalarius perficere non potuit . quia de materia eſt rara et ꝓ
pe inaudita . rudis autem popellus cum qui gradum ſumpſe=
rit cuncta ſcire exiſtimat . at ne forſan apud vulgum confunde
retur me viſitauit ⁊ quibus potuit verbis rogauit vt ꝓpter eā
quā in eum haberē dilectionem et veterem inter nos amiciciaz
vulgarem / ſeu viſionem : ſeu fictum latinū rédderez / vt quod
pollicitus eſſet in patria poſſet aliquādo preſtare . et ꝗꝗ qm̄ diu
reluctatus ſuz / aſſerens onus impar viribus meis / poſtremo
tamen victus / in latinuz conuerti motus exco / quia in iudi=
ciali genere confecte orationes plurimum proſunt litterarū ſtu
dioſis / quarum ipſius mercurij in hominem vnam / grauiter
eum accuſantē q̄ terraz parentem ſuam moleſtijs afficeret : al=
teram hominis reperies / in qua non modo validas ponit ex=
cuſandi rationes : ſed oſtendit ſe quoq₃ odio : et inuidia accuſa
tum pocius qm̄ vel ratione aliqua iuſta : vel cauſa honeſta . de=
inde vero altercationes Bachi plutonis : atq₃ aliorum in foren

ſem ſtrepitum hominem trahencium putabam delectationez
legẽtibus preſtare / quia de noſtris ſunt rebus : ac de illis que in
montibus tractantur in quibus metalluz vel auri queritur vel
argenti . et maxime de eo monte in quo dignitas tua plurimũ
verſatur . q̄ ſi ex ea re / que propter antiquitatem obſcura eſt ꝛ
paucis nota / iocunditatis ſuſcipimus aliquid : quod ſepenu
mero languorem : aut in grauibus negocijs ab animo fatiga=
to tedium pellit : nos reficit recreatqꝫ et ſolacium prebet Cur il
lud quod in noſtris regionibus eſt : inqꝫ illis locis in quibus vi
tam agimus / litteris mandatum / non ſit amenitatez allatu=
rum non video . idcirco Cum dominationi tue / mons Niue
us : ac alij montes / circũcirca iacentes cogniti ſunt / in quibꝰ
metallifodine complures fabricate / facile iudicare poteris / an
fructus quippiam hec res litterarũ ſtudioſis afferat . et an pu
rum ſit fictum : aut aliquomō hũc qui hec poetico more in lu=
cem produxerit aſſentiendum Neqꝫ putabaz alium acrioris in
genij ad hãc rem iudicem qm̃ te virum in montibus ſagaciſſi
mum atqꝫ optimum qm̃obrem humanitatem tuam oro benig
ne aſſumas . ſi quaz inde poſſes capere animi delectationē gau
derem equidem . ſin minꝰ meum tamen in te ſtudium et quan
ti te ſemper et fecerim atqꝫ facio perſpicies . vale feliciter .)

# Mirabilis viſio Heremite eius qui clauſam habitat in nemore iuxta Lichtenſtat vbi ſacellū eſt ſancti Alberti qui dum errans iudiciū vidit Iouis ad quod homo tractus parricidij erat accuſatus

Emus ingens liquide ſe verſus lichtenſtat ingerēs montes colles: valleſq; decliues in ſe retinet. fontes et riuulorum ortus fluminūq; ſcaturigines permultos continet. ac illud imprimis generat viſentibus ammiracionem vt mons vnus: atq; idem duorum fluminuz deriuationem preſtans / in diſtinctas ſegregat regiones. id in eo cernimus loco / quem vulgus cotenheid appellat. ad dexteram videres moldam ! que magnam irrigat miſne partem. ad ſiniſtram quoq; haud procul zwotau in bohemiaz fluens ! nomen amittit ! Dum in egram peruenerit. ac ne in vno quidez conſpiceres mōte: verumetiā in pluribus ! his preſertim / qui medij forſitan nemoris eminentiam attingunt Nemus ſiquidem ample latitudinis: longitudinis maioris. totaz ferme circumdans bohemiam ! q̄mobrem ſilua bohemicalis vocata Eccleſia in eo conſtructa que ſancti alberti gaudet patrocinio. et ſi lignea: ac vetuſtate indiſpoſita: prope conſumpta / tamen ex antiqua conſuetudine perſepe viſitat̄ Illic heremita habitans clauſam. homo deuotus graui ſenio confectus ! litteris et poetico gymnaſio imbutus annos q̄mplurimos ibidem contriuit Eſt ligneus crucifixus in domuncula: aut tugurio ſex ſeptēue ſtadijs diſtans ! in quem locum ſeſe motus deuotione ſepiſſime recepit. factiſq; orationibus aliquāto morari: poſtea vero abire Ex hac igit̄ (quam introduxit) conſuetudine dum

die proxima poſt apoſtolorum feſtiuitatem philiphi et iacobi
1475. anno forte a ſalutifera verbi cōceptione M . cccclxxv . ad iam
dictam domu nculam aſcendiſſet . expleta oratione requieſce=
re ſtatuit . quia ſudore madefactus : debilitatuſqꝫ ſolis radijs /
profuturum cenſens / quiete iam vires recuperare Erat nā qꝫ
occidentem verſus planicies ſpacioſa / quaſi campus gramine
us vbi varia florum genera redolebant Et lilium conualium
inter ceteros habuit flores principatū ! qui ſpecioſiſſimus ⁊ ho
nor ſilueſtris appellatur . ad orientem vero vallis ameniſſima :
et qm̄qm̄ ſiluoſa tamen decorata virencium varietate . et florē=
tis mirice : atqꝫ florum decus pallentes viole maturius naſce=
bantur Neqꝫ vero minus iam arborum pullulanciuz multitu=
do attulit amenitatis . diua quercus opacū reddens feſſis fuit
et grata : et accepta . cū foliorū latitudine ſolem repreſſerit : tuz
ſingulari quadam virtute quieſcentibus / ac cetere ſunt arbo=
res multo tucior . quid plura ioui quondam dedicata dicta eſt
glandibus mortalium ſuſtinuit vitam . quanta vero abietum
copia / ne vnius quidem pocius reuera generis vtriuſqꝫ / illis
conſtat qui locum hunc frequentāt : aut ſaltem hec viderūt ali
quando frondoſa nemora . quid platanus : quid vagus : quid
tenera vibicum cohors / delectacionis affert oculis pretereo .
nec abeſt ſambucus : nec corilus nec rubi deniqꝫ generis eiuſdez
concentus intonuit auicularum . philomena / que vt vulgus
fert cantu pulluz ſuſcitans / neqꝫ diurno pepercit : neqꝫ ſpacio
nocturno ! quin clangorez ſubtilians aera voce / atqꝫ adeo dul
ciſſona replet . adeſt quoqꝫ vicedula / in gramine nidificās ſo=
lum raro relinquit . canunt in arboruz ramis parices canapeſ
ſegeces carducles vnū eſtiuumqꝫ tempus exornātes nec turtur
deeſt ! ſuā ſuſurro : nec palumbes que in vlmis gemit : auribus
qꝫ preſtat dulcedinem Illic conſedit frater in gramine reclina=
toqꝫ ad ceſpites corpore dormitare cepit Cum vero expertectus
ſenſit aeris lenitatem ! que maijs diebus qm̄ per tocius anni de
curſum multo delectabilior eſt Satis iam diu vt functus eſſet
amenitate ſurrexit in ꝓpria meare conatꝰ . poſtubi ambulanis

viam (credo equidem ex fatorum diſpoſitione) deuiando er-
rans/lucum pluſq̄m̄ denſum intrauit: et omnem quam occu-
pauit viam amiſit. nec ſui ipſius. nec cuiuſq̄m̄ habuit veſtigi
um Sicqꝫ pterritus ex magna impaciētia voce qua potuit al
ta ad ſuperos clamauit O ſumme deus natureqꝫ conditor qui
ex hoc deſerto mihi penitus incognito venire queo. Ceterum
montem vidit immenſe (vti fertur) altitudinis quem aſcen-
dere: et vndiqꝫ circūſpicere/locum ne quēpiam an arbores aut
rupes quarum ipſum caperet noticia intueri poſſit Tandem
ſpeculatus ſacellum beati petri in Cotenheid quod picifactoꝝ
tugurium opinatus eſt: vel a cinifactoribus in quo dormirent
conſtructum/ad quod feſtinare decreuit. deſcendit propterea
de monte ad alium quoqꝫ aſcendit. et prope argenti ripam (ſic
enim ab argento in ea comperto nūccupatur) cum oculos con
fecerit in vallem vidit collem rotundum viridem: atqꝫ circum-
datum rupibus magnis. cum vero propius accederet: cumqꝫ
diligentius intueretur vidit ſedem regiam in ſummitate auro
argento lapillis precioſis ornatam. et in ea regem etate matu-
rum. cuius vultus grauis et honeſtus. barba heroica: crines
cerulei ex tota eius facie ſapientia reſplenduit Corona in capi-
te aurea gemmata cuius margarite multiuarie pollite in qua
iuxta frontem iuuans pater ſcriptum fuerat Ipſius veſtes pur
puree in dextra ceptrū: tenuitqꝫ in ſiniſtra veluti ſtellam ſic pre
luce pomū emicuit Scabellum ſub pedibus factum ex cedrinis
lignis/que habita quondam nobiliſſima. ad dexteram flores
et abunde quidem balſami virebant/quibus nullum germen
vernali aura: ne dicaꝫ eſtiuali ſpacio nobilius habetur atqꝫ vt
breuius referam tocius vniuerſi nobiliſſimū germen. parum-
per remocius lilia candida flore campi interpoſito odoreꝫ pre-
ſtabant ſuauiſſimuꝫ prope vero ſiniſtram roſe punice: roſe de
Iericho: roſe etiam his venuſtiores germinabant. ortulus iſte
circūdacionem muri marmorei habebat trium cubitoruꝫ altaꝫ
lineiſqꝫ inciſam eburneis: ac mirabili confectaꝫ artificio quip
pe ad alterius rei ceu margo erat/ aut diſcretionem preſtans

aut ornatum regie maieſtati. Menia appenſis tapetis ſplen=
debant. regiſqꝫ miniſtri: et famule adeo elegantes: adeo venuſ
te vt non modo humanis faciebus: ſed etiam angelicis aſpecti
bus celebriores fuerunt quia non tam voluptuoſam mahume
te ſequaces expectant paradiſum quam locus hic videtur porte ſunt
quatuor omnibus patentes In prima aureis litteris ſcriptum
iuſticia. magnanimitas in ſecunda In alia vero virtus quar
ta iouis porta vocata. heremita quoqꝫ admodum mirabatur
cupide ingreſſus! vt quid rei aut eſſet ornatus conſpicere poſ
ſet Sedit ſilens apud iouis portam! in herbis longis! quaſi la
titans magis: magiſqꝫ regem intuens huiuſce deſiderans rei
exitum cupidiſſime. poſtea ex familiaribus quidam o iupiter in
quit / qui hominum deorumqꝫ res eternis regis imperiis et ful=
mine territas exaudi queſo ad te clamancium voces: exaudi ge
mitum poſtulancium a te iniciam. alioquin nomen amiſeriſ
equi iudicis. at iupiter voca inquit eos! qui ſe iniuria affec=
tos arbitrantur. vt qualis cuiuſqꝫ ſit innocentiſſimi querimo
nia animaduertemus Tum ille alta clamauit voce / accedat
turba foris murmurans ad equioris iudicis intuitum. hic per=
fecto ſine cuiuſquam iniuria ſentencia feretur. his dictis mulier
nomine terra honeſta liberalis: pallide faciei. veſte viridi amic
ta greſſum maturius attingens. cuius oculi inſtar fontis ſca
turientis fluxere caput leſum. veſtitum diſtractum ventrem de=
niqꝫ vidiſſes multimode perforatum hanc ſequuntur Bachus
Ceres Nais minerua pluto cum charone fauni. ac deorum mag
na multitudo deinde mortalis homo ingrediens! qui pentateſ
chaternatim ceu ſuos introduxit conſiliarios Nunc aduertē=
dum quoniam Mercurius quaſi terre gerens aduocati: orato
riſqꝫ officium aduerſus hominem hanc fecit orationem.

## Oratio inuectiua Mercurii in homi nem terre gracia apud Iouē facta.

Agnos dolores O iupiter: magnam iniuriam intol
lerandam: ac pene incredibilem iniquitatem ad te

refero Tu vero dum attencius animaduertes / non modo ter-
ram leſam cruentam perforatam: vulneratamqz offendas. ve-
rumetiā tua precepta ludrio habita. multos deos cōtemptos
cultum fere omnium numinū abiectum. tantam pcipies morta
lium temeritatem! vt non tua tantum immenſa ſapiētia ab
ea nunc abhorreat ſed mediocris q̄z ingenij quicūqz ſit nauſeaz
concipiat neminem autem ſpreta hec turba ab hominibus op
preſſa ac demum ab omni eo quo ipſam honoratam eſſe voluiſ
ti pulſam in merore inuocat niſi ſanctiſſimum tuum: ac opti
mum preſidium ad te confugit tuam requirit protectionē. vi
des lachrimantem mortalium nutricem! que ſua liberalitate
ſemper ſuppeditat ea que ad vſum hominum: viteqz ſuſtenta-
cionem requiruntur Bachi nihilominus cernis meſticiam: p
turbatam cererem flentemqz Naidem obducta fronte pallada
plutonem iam caronemqz et faunos plurimuz cōmotos de me
autem vt modeſtiam non relinqm̄ illud ſane perſpicis me ſcili-
cet quaſi meo priuatum eſſe munere quid autē turpius? quid
flagicioſius! quid magis abhominabile q̄z deos ſpernere q̄z cul
tum homines queqz diuinū nihilifacere ſuiſqz ſemp adhere ſce
re temeritatibus Id clarius pcipies dūmodo expoſiturus veni
am / que friuole mortales in extremū vſqz diem conantur Ter
ra etenim ānuos ferens fructus! e quibus alit atqz ſuſtētat que
qz animancia et que omnia certe in vnum referunt̄ ⁊ hominis
cauſa ſolius procreant̄ nec ea cōtentus bonitate / matris apit
viſcera: perforat ventrem eius ledit tandem: atqz offendit ſin-
gula inteſtina. totū lacerat corpus. omnes deniqz vires: et cor
poris: et membrorum debilitat. ſed vt mortales planius iaz in
telligāt / e quidē ipſi in ſicilia in portagalia: in arabia in atha
ſi alpibus adiuncta: in bohemia: et nunc quod vehemēter ex
timeſcendum eſt in finibus terre miſnenſium metalli fodinas
inceperunt in eo quidem monte quem Niueum appellant
innumeras iam videres foueas non modo vbi forte vtilitatis
quippiam inueniunt: ſed etiam vbi nullum ipſi cuiuſpiaz me
talli veſtigium cernunt. equidem ſunt argenti cupiditate vſqz

adeo inflammati vt omnia ſolent ſubire atqꝫ adeo grauiſſima
pericula fodiunt laborant lucubrationibus inſiſtunt. neqꝫ in
die quieſcunt: neqꝫ in nocte. almū fugiunt celi lumen atruz ſub
euntes terre ſqualorem. primū fodere ſolent quam foueam ab
inuentione nūccupant que cum tante ſit ꝓfunditatis vt aqua
ſcaturiente impediti deſcendere nequeunt ſtollones in decliuiſ
perficiunt ſpecus etiam complures vnum aerculum vocitāt ab
aere quem ingredi ſuꝑſticioſā quadam arte compellunt. ac itē
directibolum a dirigendo dictum que foramina in ſoli corpus
foſſa tegunt tu guriȷs quibuſdā que cauen dicunt. reor ꝓfecto
montis inſtar caucaſi vbi prometheus ad ſaxum religatus per
tempora penas dat ſempiterna Jdcqꝫ dum machinant̄ nō con
tenti in monte vno: verūetiam quoſqꝫ finitimas tranſfodiūt
atqꝫ illos etiā in quibus non modo hactenus nihil inuenerunt
ſed nec impoſteruz ſunt inuentari Jtaqꝫ in monte moliunt̄ lu
porum molandino: et in eo cui a vitro nomē inditum expaueſ
cunt omnia circūiacencia loca. opidū ipſum quod nouitatis
nomen vſurpat tremet propter ingentē quem preſe fert timo-
rem Nempe iam plurimuz veretur / ne forſitan cum mortales
ſatis debachati in monte niueo / in predictum opidum cōuer-
tant furorem ſuum. veretur inq̄m ne grauius aliquid q̄m dici
poſſit / in ipſum transferatur. quid vero turba hec deorum di
uitatis ꝑnceps paciat̄ ac tua pietate īmortalis effari p̄tereo. ve
rumquiſqꝫ pro vi ſua / ſuo quoqꝫ loco vel iniuriam ſibi illataz
conqueretur vel paſſum explicabit dolorem. tantū ea ꝓſequar
que terre parēti mortalium! prope dixerim ſuſtentatrici homi
nes inferunt Cernis enim O iupiter terram / que tuo iuſſu eſ
ſe debet et ſolida: et tante firmitatis immobilis ſemꝑ maneat
ſemꝑqꝫ ſuum locum retineat. ſed quo pacto id vnum dici que
at aut immotum. aut ſolidum / quod varie ꝑforatur tranſfo-
ditur laceratur! vt nulla eius pars ne minima quidez illeſa ma
neat. illa vero iniuria quāta ſit tum cognoſcat regia maieſtas
tua: cum a vertice capitis: ad plantaz vſqꝫ pedis intuebere cō-
foſſam ac denuum ſanguine conſperſam adeo vt fere totum co-

pius cruore tectum eſt: atqꝫ ſedatum Nullum in ſe habet deco-
rem: nullam ſpeciem: vetus eius ymago mutata eſt. et ad ni-
hilum pene redacta. flet in conſpectu tuo: emittit lacrimas te
inuocat regum iuſtiſſime: atqꝫ optime ad te confugit. precat̃
opem. poſtulat auxilium. petit iuſta. preponit ſe percuſſaꝫ ab
homine nulla laceſſito iniuria Nunc inſpice ſiquaꝫ agis o par-
ricida pre te: ac ducis pietatem: aut ſequeꝫ habes in eam amo
rem que a pueris te non ſolum nutrit: et in vita conſeruat ſed
et poſt mortem in idem ingremiũ regredi admittit vnde egreſ
ſus es / quid paciatur quãta ſit et dolore confecta: duriſſimis
acerbiſſimiſqꝫ vulneribꝰ tacta Nũ et tu lacrimas ꝓfundis nũ
meres ? nũ cordoliũ pateris ? ſed nulla te mouẽt vulnera nulle
paſſiones ad humitatẽ incitãt. nl̃la in te ꝑcipit̃ in genitricẽ di
lectio Contuere rimas illas ꝑ te factas vide ſanguinẽ iam e cor
pore parentis exeuntem. cerne palidam alumne faciem Tu ſi
omnino es obſtinatus nec vlla res ad manſuetudinẽ poſſit pro
vocare id ſaltem miciorem te reddere debebit! quod multis iaꝫ
terra contumelijs laceſſita / eoſdem fructus quos antea: vite-
qꝫ neceſſaria porrigit: atqꝫ miniſtrat an ignoras obſecro quan-
tũ flagiciũ ſit cum his qui ergo nos beniuerti ſunt / tũ vero pa
rentibus nocere ! quos etiam ignauiſſimus quiſqꝫ et colere de-
bet et obſeruare Tu contra matrem ledis et quod turpiſſimuꝫ
eſt interiora eius dirũpere conaris animaduerte O iupiter que
humanis legibus ſunt conſtituta. eum qui parentẽ interemit
non modo damnari / aut in metallo aut beſtijs obici. ſed cu-
leo ligari cum cane: ac vipera ſijmeaqꝫ ⁊ demum in ſtagnũ pro
ici vt ſic immatura nece extinctus: inter feralas conſumptꝰ an
guſtias a nephandiſſimo ceteros peccato deterreat. ſi vero id
ad menteꝫ reducis ! quod obliuiſci non poteris humano gene
ri precepiſſe / poſt deorum cultum ſuper alia parentes venera
ri. propterea ꝙ ab ipſis educantur ac in ſingulis prouident /
que ad vſum eius neceſſitatemqꝫ vite ꝑtinent. nimirum cog-
noſces hominem modo humana diuinaqꝫ iura violaſſe et ſibi
violandi morem compaſſe / futurum exiſtimet nullũ eſſe / aut

peccatum: aut in maximis criminibus delictuꝫ. ceterũ. quid proſit mortalibus etiamſi concupita nanciſcuntur non video querunt metalla diuiciarum cupiditate rapti ea forte maxima ratione! theſauros colligant! quos dum poſſident anxiaꝫ ducunt vitam. inſidias parant ceruicibus ſuis. pericula ſubeunt nullum tempus ipſis ſecurũ: nullum quietũ. nocturnos pertimeſcũt fures: tirannos ad ſeuiciem concitant ac etiam in multis repertum vt ſubfoſſum es: atqꝫ abditum in terra tutũ non autumarunt. itaqꝫ propter id vnum quod quaſi veneno imbutũ ſaluberrima queqꝫ non modo negligunt: ꝟ̄ ſpernunt inſuꝑ atqꝫ cõtemnunt. et ſiquam inde ſuſcipiunt vtilitatem ea ſola eſt/ pompam vt ipſi ſuam exerceant. que pocius ad detrimẽtum vite pergit qm̃ ad aliquam comoditateꝫ quid queris o homo in re graui aut cuiuſmodi fructum in eo quod ſuperuacuũ eſt/ neqꝫ vel corpori conducens neqꝫ anime Namqꝫ ad fortunã ſpectat que in his imperiuꝫ habet cui vult elargitur: auffertqꝫ ab eo quem forte nullo ꝓſequitur fauore Non eſt cur ea moliris Non eſt cur tantopere ac demum illiuſmodi conatu inſanias cupiditas hec noxia eſt ducitqꝫ ad interitum. et effeminat conſtantiſſimũ quemqꝫ animum mollem facit atqꝫ infirmũ Neqꝫ ad id genitus/ diuicias colligas! que vt a ſũmo tuo: maxĩoqꝫ deo audiſti veluti ſẽtes tribuliqꝫ ſpernẽdi ſunt. id etiã tibi antiquitas ꝓbat/ quãdoquidẽ ille qui appollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus ingens auri pondus ac maſſam in mare cõiecit vt expedicius ſe philoſophie traderet. quid ſaluatoris tui diſcipuli victum habentes atqꝫ veſtitum contenti erant. nullum ab his exemplum in lucem ꝓductum/ quo poſſis aut diuicijs ſtudere: aut colligendis theſauris inſudare qꝫ ſi operam dares tanto labore virtutibus inſiſtere fabricios decios ſcipioneſqꝫ ſequi/ quis te eſſet aut felicior: aut qui ex mortaliũ condicione ad diuinitatem proximius accederet. que cum ita ſint O iupiter tuo ſapientiſſimo iudicio penſes: et prohibes quãcunqꝫ iniuriam, moueat te meror parentis hominũ: moueãt te lacrime: vulnera cruor effuſus ꝓhibe poſtremo petulantiã

hanc qua ius diuinum atqꝫ humanum leditur ſpernit: ac tandem pro nihilo reputatur. ſuſcipe tutelam eius / cuius ab inicio tutor eras et munus ipſe patroni geſſiſti ſuſcipe defenſionē eius que ſupra q̄ꝫ credi poſſit multis iniurijs affecta cruore cōſperſa eſt: atqꝫ ludibrio habita. inhibe inanes labores. vt tua iuſticia protecti imperium tuum fateamur indeſinentiuꝫ ſpacio dierum ac illud cum abs tua immenſa ſapientia incredibiliqꝫ bonitatis magnitudine conſecuti / deum ſummum iuſtiſſimumqꝫ omium cognoſcamus) his habitis ⁊ acriter peroratis tum ſumpto a penatibus conſilio ſeſe homo in hunc modū defenſabat.)

# Hominis oracō in qua ab his que ſibi aſcribuntur ſe excuſat

Expaueſco in conſpectu tuo iam O iupiter. heret lingua faucib⁹ omiſqꝫ a me nūc amota ē defendēdi racio Cum circumſpicio atqꝫ animaduerto turbam hanc deorum immortalium in terre protectionē aduolaſſe. ac mercurium cuius munus eloquentia prope perſuaſiſſe maieſtatem tuam ne fidem adhibeas ſi innocentiam meā que et candida eſt et pura oſtendero. equidē cum mortalis ſim qua fiducia ſuperis reſiſtā quam aggrediar viam / vt apud te iudicem equiſſimum maximūqꝫ non ea que āmiracioneꝫ quādam ducunt proferrem !quibus argumētis ſplendidam magis q̄m veram redderem orationem ſed vt pocius cognoſceres culpailla me carere qua tam grauiter accuſatuſſum: et ceu parricida in iudicio tuo denuncciatus Neqꝫ vlla ſpes foret / qua me tutum ſperarem / ſi plus apud te ficta atqꝫ excogitata valeret perſuaſio / q̄m vera racio innocentiam pre ſe ferens / et ab omni fraude ſemota. verumtamē cum illud pateat et in manibus ſit omniuꝫ te eſſe veritatis amatorem !auctoremqꝫ iuſticie: ac fontem illum / a quo iuſticia queuis effluxerat / non deſperādum mihi putabam / ſi eam aſſumerem defenſioneꝫ qua nihil clarius: nihil verius: nihil apud deos homineſqꝫ manifeſtius

Ceterum breuitatem vt obſeruem in terre regionibus perſpicu
um eſt / nullā ſibi ſufficere. vna frumētis habundat alia vino
hec piſcium generat multitudinem eſtq̄ʒ illa ſiluoſa eminentiſ
ſimos montes valleſq̄ʒ continens / declines. preterea abs te iu=
piter optime omnia ſic ordinata vt vna ſit alijs preſidio in fru
ctibus forte ad vſum ꝑtinentibus humanum. rurſus alie huic
ſunt in his que ipſam deficiunt adiumento. nec vllum eſt me=
dium quo ea maxime mutuaremus / comodius q̄m nobiliſſi=
mum metallum in pecuniam monetatum Terra autē que pa
rentis nomen hominis vſurpat / et matris amorem in ipſuʒ pre=
dicat abdit: atq̄ʒ occultat in intima ſua / vt nouerce officium
pocius q̄m genitricis habere videat̄ Nec iupiter ipe nec quiſq̄ʒ
deorum dubitat / quin es quodlibet in hominum vtilitatem
naſcatur quamobrem neceſſe eſt iupiter id exquirere ſummaq̄ʒ
diligentia inueſtigare / ꝙ tua nobis clementia elargitū / a ter=
ra inuida occultatum Nunc vero quid nos mortales in hūc la
borem impellit: et quibus modis id facere liceat paucis abſol=
uam ac ne illud quidam obmittam q̄m iuſtiſſimum ſit propo=
ſitum noſtrum comodiſſimūq̄ʒ quo inducimur ad diuinū hu
manumq̄ʒ cultum: oſtendamq̄ʒ non modo / vel diuinis non eſ
ſe prohibitum legibus: ſed tuum preceptum inſiſtere atq̄ʒ inhe
rere. an comodius ſit quippiam obſecro q̄m quo alter alteri eſt
et preſidio: et comoditati. quot prouincie ſunt: quot territo
ria / in quibus nulla vel ſiligo creſcit vel triticum: aut alia fru
menta que immortaliū ſuſtētationes a dis immortalibus da
ta ſunt. ponerem in exemplū terras aliquas: et prouintias niſi
hec latiſſime iam vbiq̄ʒ terrarum paterent. et cum nulla p̄s or=
bis debeat eſſe inculta / nun id recipiendū eſt / quod in como=
dū noſtrū verti poſſit / ne inopiā coacti eā ipſā reliqueremus
orbiſq̄ʒ ille: ac globus quē colere: ꝛ tueri tuo mādato debemus
deſertus maneret: ad hec nati ſumus Num in eo aliquod cen=
ſetur flagiciū quo iter ipſū viāq̄ʒ excogitauim9 vt oportune: at
q̄ʒ vt precepiſti exequamur ſed audi ꝑcor O iupiter edes tuas ꝛ
alia templa varijs modis exornari quo ſtudio fieri poteſt. qua
opera quibus deniq̄ʒ ſolercijs dum ea penitus que in terre ve=

nis vel profundiſſimis naſcūtur aſperneremur. atqꝫ illud nos
vehementius animare ſolet / qđ pauloante a mercurio in me=
dium iam luceqꝫ productū. queque eſſe hominis: atqꝫ adeo ſo
lius cauſa procreata. ſic que in mari: que in celo: que in terris
orta mortalibus ſuppeditant: augeantqꝫ et vſum noſtrū: et vi
te ſuſtentacionez. Neqꝫ inanem philoſophorū autumauimus
rationem qua nihil eſſe fruſtra genituz confirmāt que cum ita
ſint finem aliquē metalla ſibi: atqꝫ omnia aſciſcunt. quē inge=
nioſiſſimus quiſqꝫ hominis profectū exclamat. ac etiā quo pa
cto ſacris illis vteremur que niſi in vaſculis vł aureis reſeruari
vł argenteis / nephas putat. licet ne abuti ſacra inſtitucione?
licet ne contāminari ſanctuariuz aliquod aut defedari luteo re
ſeruaculo dum in quoddaz includeretur. e quibus facillime ꝑ
cipitur aurum eſſe: quodcūqꝫ etiam metalluz aliud ingenti cu
ra exquirendū. ſed in hoc loco nunc operepreciū eſt ea argumē
ta refutari / que quaſi arbitrantur ſacrilegium: et pene intolle
rabile / eſſe metallifodinis incūbere. quod vt auditū pōpe ſit
ſolius: aut cupiditatis cauſa porro nō ſine beniuolēcia ſuccur
rit conceſſū id eſſe mortalium generi / quo alter et ſubuenire al
teri: et ꝓdeſſe poſſit Nec illud vel cupiditas eſt: vel pompa no
minanda niſi vt mercurius forte ꝑſuaſionibus modo terre in=
ductus / quicquid vltra quotidianaz requireret neceſſitatē pō
pam eſſe Etenim pauperibus ſubuenire pium eſt: atqꝫ ſanctū
templa munire: ſtatuaſqꝫ adornare deorum: firmare rempub=
licam pro ſua virili porcōne quiſqꝫ debet eminētiſſime rationiſ
poteſt ne quis ea / niſi copia quadam ꝑficere rerumqꝫ familia=
rum affluentia Non enim matrem offendimus: non eam vul
neramus: nullū ledimus deū / ſed officium noſtrum expleui=
mus. querimus id quod ad ſalutē nobis a ſuperis datū / a ter=
ra vero tanqm̄ a nouerca ſubtractum reſeruatūqꝫ in viſceribus
ſuis. ſi pre te fers o terria officium ipſum parentis: ſiquem in
me maternam dilectionē Cur tam ſeua es atqꝫ iniqua / vt ni=
ſi multis laboribus id vnuz a dis immortalibus nobis largituz
extorquere abs te nō poſſumus Neqꝫ obicias oro leges aliquas

aut diuinas: aut humanas / que nos hortantur vt inſiſtamꝰ equidem de montibus illis in quibus erifodine fuerūt maiores noſtri fide digni leges ſanxerūt. quid iuris precipua fouea / cui ab inuentione nomen inditum habeat. quid aerculum: quid relique. tandem vero quid ſtollones vna cum fluicijs ſuis Cur obſecro hec iniqua putas que ſanctiſſimis legibus firmata: atqꝫ munita ſunt Cur nos parricidij accuſas qui te et diligimus et āmiramur. quem reris tam ignauū: tam pedeſtrem: taꝫ abiecte et rationis: et ingenij / qui non intelligat hec fere abs te / et ficta ⁊ longe ab omni vero aliena Tu iupiter qui in oībꝰ p̄ te cauſis fers iuſticiā. plane ꝑſpicis ſiquid fraudis in aliqua vnqꝫ re ſubnectatur. oro atqꝫ obſecro / quē laboreꝫ tuo mādato nobis datum: et cui nos inſiſtere neceſſitate pulſi / dignū putes is is preterea fiat / vt defectus territorij: regioniſqꝫ vniꝰ ꝑ aliā ſuppleatur. ac tu / eundem merito et factum et adhuc fiendū ſententia cōprobes ⁊ terre minus iuſte modo conqueſte ſilencium adicias. vt cum te quauis in re iuſtum / in hac prudenteꝫ intelligat) poſteaq̄m et hominis fuit: et mercurij audita oracio / precepto iouis ꝓclamatum / breuitateꝫ quēqꝫ obſeruare: ne in ſermonis forſan ꝓlixitate / nimiū temporis conſumeretur. quare et bachi: et ſequenciū / minute ſubiunguntur orationes)

Bachus Non minuta res maxime deorum ad tuam aſpectuꝫ me accedere cogit iam atqꝫ impellit. ſed intollerabile ipſuꝫ qđ a mortalibus damnū ſuſcipio. ac imprimis vnū id in quo ſingularis honor abs te mihi datus / fore cenſetur / miſere depreſſum eſt: et in nihilum pene redactum. vereor ſi nunc hac in re taciturnitate vterer / ne vt negligentem me corriperes: qui peculare munus paruifacerem Tu me ſumme iupiter montibus preeſſe voluiſti: ac illis quidē ipſis precipue quibus nouellandi vis eſt: aptiorqꝫ natura ꝓ vineis ingenerata Ceterum mortales hoc euo / non modo vineta non colere: ſed ne mōtes quidem in ſuo ꝑmittere ſolent vigore. fodiunt ꝑturbant annihilant quiſqꝫ ꝓ vi ſua duriſſimas rupes. querūt metalla: venaſqꝫ metallorum inueſtigant. ac omnibus pene in montibus que

rendo foueas perficiunt. verū nihil de his preter veriſſima di-
turus: ac etiam qm̄ perditis rebus: negocijſqꝫ hominum ſtul-
ticia/ inſudare ꝯſueuit. fodiunt ſpecus O iupiter atqꝫ in his
locis vbi montes meo numini tueri putabam. quem cultum
abiciunt me offendunt. et que de bachi veneratione antiqui-
tus inſtituta ſuis pretereunt inanitatibus. an maius poſſem
vnqm̄ ſentire incomodum aut honori meo detrimentum quā
cum vites extirpantur traduntur qꝫ igni: et locus qui mihi ſa-
cer reputatus ſpecubus poſtea conturbatus metalliſodinis oc
cupatur. nec fidem mortalibus adhibeas/ ſiquaꝫ neceſſitatis
cauſam predicet. dēpta cupiditate/ qua fere omnes plurimū
rapti/ nec eos neceſſitas vlla: nec profectus ad fodēdū incitat.
parui refert: ac nihil/ mortalium genus vel auro: vel argento
habundare aut ipſo velut nō neceſſario carere Itaqꝫ inhibeas
ſupreme iupiter/ diſtrahere moncium cacumina. vineas lace-
rare: fac enim precor finem aliquando ponant ſtulticie. ac nu-
minum honorem integrum: inuiolatūqꝫ conſeruare cogitent)

## Oracio penatum

On putamus iniquum O iupiter/ eius qui nos
colit: atqꝫ obſeruat defenſionem ſubire. et qui ſacra
nos in edibus ſuis ara conſtituta veneratur. quoꝝ
etiam tutelam nobis propriaꝫ voluiſti velut noſtrē
officium numinis/ quo mortalibus cogniti diuinitatē oſtēde
remus. ac nos vehementer ad hoc turba mouet deorum/ que
quaſi odio inducta ſingulari in capita mortalium coniurata.
ne igitur innocens a mercurio pretenſe: bachoqꝫ accuſatus ſuc
cumbat/ precor hanc mihi des veniam vt pro hoc reo/ id ge-
nus dicendi aſſumam/ quo mercurius pauloante vſus ita for
ſitan perſuaſerit/ vt ſplendida eius oratio huius innocentie p̄
feratur. ad quam refutandā acriore opus eſt ingenio/ qm̄ mor
talium condicio firmata eſt. etiamſi ſatis videretur defenſio
eius efficax dum ab aliquo accuſatus mediocri eloquentia ve-
reor ne parum ſit aduerſus eos/ qui nigrum dicendi ratione

in candidum vertere poſſunt. et ſplendidiſſimum quodqꝫ rur
ſus horridum efficiunt. veruntamen mercurij ipſius obmit=
tam orationē bacho reſponſurus / qui in hoc iuditio iupiter
pro rectis iniqua pro veris ficta falſaqꝫ haud veretur affirmare
verſatur in montibus hominum labor querendorum metallo=
rum gratia. ſed in vaſtis: ac molibus iſtis vbi ſolum nihil fer=
tilitatis continet: nullos profert fructus. Ceterum in apricis
ſunt vinee inqꝫ his locis in quibus plerumqꝫ ſolis aſpectus ad
eſt: ſuaqꝫ et virtute: ⁊ calore ab imbribus gelidis: nociuiſqꝫ pre
ſeruat quam vero habeat mortalium genus querendi cauſam:
atqꝫ etiam vt non ſolum decentia impulſus fodiat ſed neceſſi=
tate quoqꝫ coactus explicabo. bachumqꝫ siniſtre inductum nō
minus dicturi ſumus. perſpicuū eſt. atqꝫ in promptu / multis
eſſe hominem ꝑiculis ſubiectum. modo hoſtiles inſidias perti
meſcentem modo incendium in quo ſubito interdum omnes
res familiares non minuuntur tantū: verūetiam corruūt: ac
omīno igne conſumunt̄ quidnam comodius dum magna ho
ſtium manus nos impugnat / q̄m habere / vel aurū quod faci
le recōdi abdiqꝫ poteſt: vel argentū / vt ſiquādo nos timor ali
quis cogit in terre latibulis occultemus. quid etiam ſalubrius
mortalium ꝓuiſioni / q̄m forte habundare his que ad vſum ei
us: cultumqꝫ ſpectant. ne in opinata caritas annone: aliarū=
qꝫ rerum penuria damnū afferret intollerabile Num id ſumme
iupiter mortalibus precepiſti ſollicitudinē ipſi. anxiumqꝫ ani
mū preſe agant. et vite curſum nullo vnq̄m vel vicio torpeſce=
re ſināt: vel delicto ſ diuerſis pocius: ac varijs adhereſcant la=
boribus / ad quos vt equi ad curſum: fere ad ſeuiciā geniti ſūt
verum obſcurum non eſt cuiuſqꝫ ꝑſpicaciſſimi animū ad id ra
pi: atqꝫ incitari que arbitratur ⁊ precioſiora: et e quibus ipſe
ꝓfectū conſequat̄ maiorē. ſed fere cuncta in latētibus metallo
rum venis excipiunt̄ parant̄ theſauri! qui paruo loco recōditi
ab hoſtibus non auferunt̄ aut in teſtudine recluſi edax ignis
ſuo impetu abſumere non poteſt atqꝫ illud imprimis reor cōme
morabile / dum frumētoꝝ caritas merorē affert / vt ſit aliquid

cuius vigore ex longinquis terris huiuſce in ea regiōe defectus valeat ſupplere ſed quid conducibilius oro? quid frugalius ad res humanas conſeruandas: implendoſq3 defectus q̄3 pecunia ex ere atq3 eo confecta / que in montibus inquiruntur. effodiē doq3 ſummo labore: ſummaq3 deniq3 ſolercia inueſtigat̄. Cur bache obſecro hec impugnas? Cur iniqua reris? ſine quibus neq3 vineta in tua vt inquis tutela poſita coluntur! quando= quidem ligonibus premolliri neceſſe eſt ex ferro cōfectis! quod ex montibus tractum tandemq3 ad eiuſcemodi vſu3 redactum at mirandu3 cenſeo / ſine quouis te pudore predicantem vine as quas protegis a mortalibus relictas! propter ſup̄ſtitioſu3 in montibus laborem. que ille ſunt oro: aut quibus in locis relic= te vinee. non certes exemplo aliquo? non fers in lucem vt cog= nitis rebus / aut rationes tue approbarent̄: aut ſuum homīe3 emendarent errorē. lacerant̄ varijs modis vinearū mentes. cū apertū ſit vel raro vnū: atq3 eundē montē vel nūq̄m ⁊ metallis aptum et vineis. duc ad ꝓbationē vt plane id poſſit agnoſci / montē niueum. quenā etas? qđ ſeculū recordat̄ aut eum ip̄m montē: aut aliū quencūq3 metallis habundātē vineis fuiſſe dī catum nullū vnq̄m in eo frumentū: nullum vinū creuerit. hiſ= pida in ipſum hyems habet imperium. raro illic eſtas raro eti= am ager aut ſiligine ſatus: aut tritico inuenit̄ locus eſt obſcu= rus immanibus ſaxis: rupibuſq3 refertus latebris iam demp= tis: ac ferarum paſcuis / nihil videres quippiā preſe ferens vti litatis. in caſſum fluit omnis labor iſtic habitus! niſi forte ꝓ metallis inceptus vides enim optime regum non iniuſtu3 eſ= ſe laborem hūc. ſed mortales ad ipſum diuinis deſtinatos hu= maniſq3 legib⁹. ac tuis demū p̄ceptis īductos / facer vt poſſit cult⁹ adornari. delubraq3 et tēpla et ſanctiſſimas aras hō ipſe cōptas reddere adeo / vt quēq3 deuotiſſimū ad relgionē cōcitet nō deformatas. ad contemptū iube O iupiter bachū cetroſq3 ab inani deſiſtere querela iube inq̄3 vt effigies tua / deorūq3 om niu3 ſplēdiſſimo poſſit vel auro vl̄ argēto gēmiſq3 p̄cioſis orna ri vt plane ſentias / quo ſtudio mortales in te / tuum numen

venerãtur. atq etiã qua fraude: quibus fallacijs: quo dolo bachus in hominem incenſus aliquando intuere. iube poſtremo ab his omnino quieſcat / mortaleſq in ſuo labore / quo toci⁹ terrarum orbis decor ſuum retinet vigorem / nõ ſit / aut impedimento iam aut obſtaculo. et tua ſe tutũ protectione. ſecurũq ſemper nouerit.

# Cereris Oracio

Exiſtimabam quenq ex mortalibus / ad id O iupiter procreatum / vt beneficia a diuinis numinibuſ accepta ſancta putaret: et ad ſui vſum data cognoſceret eorumq recordaretur. neq vnqm̃ ex memoria ipſorum exciderent. ſed ingratus eſt. immemor omnis officij. quo ſcelere ignoro an ſit aliud / vel deterius: vel qđ ad deorum contẽptum propius accedat Non contentus ſua proteruitate. loquaces ſecũ penates adducit! qui cũ ab alijs dis ſpreti mortalium habitant edes. ac ne pluribus agam quos tu colere precepiſti / eoſdẽ mortaliũ temeritas quibuſuis ignominijs afficit. tandem vero nec tua mandata ſuſcipiunt: ſed rebus inanibus circumamicti nullius dei honorem charitate perſequũtur. ac illud flagicium immane / cum a me quottidianum alimentum ſuſcipiunt. mea fruuntur liberalitate: et mirifico illo munere quo nec frugalius aliud: nec plus mortalibus cõducẽs puta frumentum / ipſi vero eo non ſolum abutuntur loca mõtuoſa foraminibus ipſi diſturbãt. Tu noſcis iupiter in noſtra fore protectione agriculturaꝫ / ac meo beneficio ſemina primũ ſparſa in terram / tum ſegetibus amenitate magna creſcentib⁹ ſuo tempore docuiſſe meſſem celebrare: et acuta falce preſcinde recollectis demum in horreo manipulis tritare. nouiſſime aũt in panem conuertere. equidẽ rata plurimum me in homines bene meritam. ſed mortales iam petulantia haud parum affecti. agros ipſi quos ſcindere quondam aratro conſueuere deſerunt. perficiunt montifodinas in quibus non aurum ſolum querunt: atq argentum: ſed rem quandã pallidã pondere gra

nem quā vel ſtānum: vel plumbū appellant. metalla āmirant̄
tantoqꝫ ipſi ſtudio perſequūtur atqꝫ amore / vt nullis poſſem
vel lōgiſſimis explicare ſermonibus Negligunt ſacrum donuꝫ
quo vita eorum ſalua eſt negligunt dicatos mihi agros fodien
do lacerant et in nihilū reducunt dant operam inanibus: que
a periculis eos non modo non liberant: ſed cunctis quoqꝫ an=
xietatibus ſubiciunt. ſi deberem ſumme iupiter ea fere depro=
mere que in contemptū pergūt deorū dies ille minime ſufficeret.
ne futurus quidem ſufficere poſſet. amplectar breuitatē ſūma
tim dicendo. atqꝫ illa que vel mihi in pnitiem vel dis ceteris ex
cogitat. loquar de eius arrogātia: deqꝫ ſupfluo conatu. ac eti
am de eo munere quod homīes in aureo ſeculo vehemētiori de=
ſiderio expetebāt: mō in luteo a nullo tractū metallo ſpernunt
atqꝫ abiciunt. quippe mortales cum glandibus veſcerent̄ / de=
os omnes ſupra quā cogitari poſſet honorabāt. non erant tuꝫ
ceca rapti cupiditate poſtq̄m a nobis in agros pducti / nihil re
bant̄ ipſi diuinius: nihil magnificētius: nihil deniqꝫ dignius
ipſis q̄m ſuſcepto beneficio nos colere: ⁊ fere oībus preferre nu=
minibus. iam ſpernimur: et quauis ignomīa afficimur. tum
nobis templa dedicabant mō ipſi pene omēs negligūt. an ma
ius ego poſſem conuicium perpeti: q̄ꝫ contamminari metal=
lorum foueis quo honor meus et ſingulare munus a te iupiter
mihi tributum continet̄ illo amoto / nihil eſt quo me efferam:
nihil quo diuinitatem oſtendam quod cum non a me tantum
ſit in queſtionē ductū: verumetiā ab omnib⁹ hic ſtantibus fa=
cile poſſis optime maxime iupiter ſentire que proteruitas: que
petulantia: ſupſtitio pompa inanitas in mortales habꝫ impe=
rium Cerne confidentiā ipſius: atqꝫ audatiā. ſiquidē ipē tur
bam hanc celtibus ac malleis offendere ſolet. ſed ea in terroreꝫ
nobis inſtrumēta vt vides aperte. quaſi id quo flagitium per
petrare: ac pluribus improperare conſueuit apud ſanctiſſimū
tuuꝫ iudiciū debeat efferri graue eſt hec oculis me intueri: qui=
bus deprimor et a dignitate dudum mihi adhibita detrudor
animaduerte O iudex que eius temeritas: et penatum inſolen

cia Intuere acrius eos oro atq̧ plurimum precor / qua leticia deos fere omnes in quibus mendatiuꝫ non eſt. decipere putat et penatum calliditate ſuperare Num vereris peſtifer homo in cōſpectu ſupremi iudicis tantam pre te ferre audatiam. nun reformidas ſtrennuā ſentenciam. nun poſtremo peccatum tu um apertuꝫ vides et quas pro illo penas daturus perhoreſtis ⁊ an induratum vſq̧ adeo ſit cor tuum / quodq̧ facinus tibi li- cere preſumas. ſed nullam inde iupiter ſuſcipit comoditatē. et enim mortales cibo viuunt et potu. quibus corpus vegecius efficiunt: et ad quodq̧ duriſſimum negocium apcius. primū a me porrigitur: alterum vero a bacho. indigeſtibile autem eſt et aurum et argentum neq̧ vnqm̄ in ſanguinē hominis poteſt vel carnem conuerti non pellit famen: non ſitim vulnera nō ſa nat: nullam preſtat febris medicinam. Nec debilitatos artus vegetiores reddit. nihil in metallis eſt preterq̄ ſplēdor quem ſuper omnes deos amore afficiunt ſiquem inde hauris fructuꝫ in apertū pfer vt ſumm⁹ hic maxim⁹ iupiter intelligat. quid ſi les ⁊ quid hec quaſi obaudis! que omnia ad pietatem proxime accedunt. quod ſi te adhortor e a declines propter que contio- nem hanc infenſaꝫ reddis / nūquid abs te mō impetrare debeo id quod ſpōte vetuſtiſſimi hoīes ꝓgenitores tui fecerūt. ſed ni hil eſt quod te moneo. plus habes aures obduratas q̄ comites vlixis dum a ſirenibus cantu infeſtarent̄. elatus anim⁹ qui ple rumq̧ in te habꝫ imperiū nō ſinit aſpirare vt diȷs īmortalibus obtemperes. obnubilat oculos tuos rationemq̧ ⁊ virilem ani mum effeminat trudit in terre ſqualores ⁊ noxiū te cogit vapo rem ſubire. hec eſt vtilitas ille fructus quē tantope extollis. vt ſcilicet cum imbiberis vapores / quibuſuis et morbis ſubiect⁹ et egrotationibus. ſed cum nullū poſſit dari remediū: nulla O iupiter pſuaſio pſit / vt amentiā hāc mortales deponāt. non deſis oro acerbiſſimo tuo iuditio! quos ſoles noxios ſūmis ſup pliciȷs afficere. et immatura nece a viuentiuꝫ delere conſortio conſtringe obſecro effrenatam audatiam compeſce vaſtos mo res. iniuriam prohibe animaduerte penatum fraudem interpo

ne manum iuſticie tue / vt finis aliquando habeatur morta-
lium protetuitatis. impera agros colere quibus humana vita
ſuſtentatur. ac tuo mandato fiat / labor ille in montibus que
rendi metalli gratia plerūq in vberem glebam conuertatur. vt
quemadmodum pia antiquitas diuinum donum ſancto pro-
poſito complectabatur ſemina in cultam ſpargendo terram ac
tandem in meſſe frumenta colligendo ſic quoq futurū / vt que
in ſalutem pergant homines cognoſcere valeant / et tuo equiſ
ſimo iudicio ſupflua queq atq inania deponant. ac montes
illos velud pernitiem deorū / fodere in poſterum nō attemtent

# Penatum oratio

Ereamur plurimum ſuperne iudex / ne longa illa.
Cereris oratio induct⁹ / anim⁹ tu⁹: ac ꝑpe ꝑſuaſ⁹
ſit / vt cum maxime verum dicturi veniemus / ⁊ in
hominis defenſione iuſtiſſimas omnium: efficaciſ
ſimaſq rationes poſuerimus vel fictas exiſtimes: vel dolo for-
te vt iamdudum ceres proclamabat excogitatas. verum id
vnum ſiquando ſentiremus et homo ipſe et nos tempore ce-
deremus. ſtrepitum fori relinquentes. ſed cum immenſa tua
prudentia non poſſit eorum mandatorū obliuiſci / que mor-
talium generi ſancte cuſtodiēdum dediſti confugit ad te: petit
protectionem tuam: ne cum diligentiſſime ad implendam vo
luntatem tuam conaretur indignationem incurreret. Cerne cre
atum hoīem laboribus fatigatū / odio multorū tribulatum atq
vexatum. ꝑcipe iam auribus quibus modis a dijs quibuſdam
infeſtatū: miſereq accuſatū / vt eorum libidini pocius q̄m ſanctiſſi
mo mandato tuo inſiſtet. tibi eſt in ꝑiudiciū ſanctiſſime rex.
non ſolum hominem accuſant: ſꝫ ipm̄ a cultu tuo auertere in
tendunt. Cerne o iupiter flagicioſum inſtitutum eorū. frau-
dulētā impetitionem callidas ratiōes: quibus lactare quodā
modo atq decipere hominem in tuis ambulantem preceptis
laborant. verumenimuero cum ad laborandum genitus ſit
homo atq hunc globum terrarum tuendum / neceſſitate cogi
tur varijs inſiſtere tractatiōib⁹. ſulcos arare: maria nauigare:

ſtudere mercature vrbes / atqꝫ in his remp. inſtituere. conde-
re leges. varijs deniqꝫ manuū operibus inſudare. id enim cereſ
vituperat et intollerabile putat. exclamat impudica voce / ac
more feminarum / verbis te mulcere exiſtimat. quibus de reb⁹
ſi vt oportet poſtulare proſequi deberem. longa nimium eſſet
oratio mea. efficiam / in hoc forenſi diſceptione vt non ſplen-
dor ſermonis mei: ſed veritas vincere videatur producaꝫ te in
teſtem ſanctiſſime regum: dabo iuditio tuo verum loquar nec
ne. et aduerſe partis paucis confutabo argumenta ſua / vt lu-
ce clarius patebit a mercurio ipſo bacho atqꝫ cerere veritateꝫ eſ
ſe: atqꝫ adeo plurimum offenſam Cognoſce primū O iupiter
ꝙ in orbe terrarū: et globo illo quem homini ſubieciſti primuꝫ
ſit! et quo tua in eo volūtas impleatur certe decor eſt atqꝫ inter
mortales familiaritas vt demuꝫ vrbes condentur. et diuine in
ſtituerētur ⁊ humane leges poteſt ne fieri iupiter comode illud
et perfici vnūquodqꝫ vt decorem preſe agat atqꝫ ornatū. poteſt
ne tanta hominum eſſe cōmunicatio quo alterius alter preſi-
dio vteretur? ſi nulluꝫ es: nullaqꝫ haberetur pecunia? quo pac
to vomeres fierent quo etiā putatorie: meſſorieqꝫ falces. qua
poſſent arte fieri naues quibus altum mare ſulcatur dūmodo
oīa q̄ excipiūt e terra viſcerib⁹ obmitterent̄. qua ſolercia deoꝝ
templa conderent̄. ſi apud mortales nullum ferrum ſtāmūqꝫ ⁊
alia metalla haberentur at ꝙ etiam ſilentio pretereundū nō eſt
grauiſſimi interdum morbi curari non poſſent ſi mortaliuꝫ ge-
nus cuiuſuis foret expers metalli Nec poſſet comoda inter ho-
minē fieri mutuatio! ea preſertim que in longinquis ſit diſiun
ctiſſimiſqꝫ terris. niſi ex precioſiſſimo metallo pecunia interue
niat que vbiqꝫ gentium / et grata eſt: et accepta Itaqꝫ ſolerteꝫ
facit mortalium conditionem excitat tepentem animum ſoli-
citudinem incutit: premiū proponit! quo ſemoto omnis auf-
fertur humana ſolertia. premia ſi tollas quis virtutibus ſtude
bit. que autem vehementius premia alliciunt q̄m ea pecunia
ex nobiliſſimo ere perfecta qua om̄ia compari poſſunt que hu-
manum genus deficiunt. porro iam in mentē mihi venit a ſū-

mis quibuſdam philozophis deprōptum pauperem non facile in philoſophum poſſe euadere. quis vero pauper ea ratione putatus? is certe qui pecunia inops! rebuſq̧ caret familiaribus huic nullibi preceptor. nullibi gynnaſium vilis reputatur ac etiam ad nihil admittitur āmiratione p̄ſe ferens q̄mobrez haud difficile cognitu eſt vanas fuiſſe cereris ꝑſuaſiones: quibus nullā vtilitatē: nullū comodū: nullū fructum metallis inesse affirmauit. quid leprā curat grauiſſimū hominis morbuz niſi aurū. quid aliud quaſq̧ ſanat egrotationes: qđ vniuerſalis medicine nomē vſurpat / preterq̄ aurū potabile factū. ꝭ cū illa pateant latiſſime finem orationi iam imponā Tu iupiter cui omnia ſunt et aperta: et cognita inutiles cereris cauillaciones abitias! quibus tibi aures implere: falſūq̧ ꝑſuadere conatur: cōſerua mortaliū genus conſerua inq̄ vt preceptis tuis et obtemperare poſſit: orbēq̧ terraruz ſuis laboribus tueri. id autē eo modo maxime fit dum cereri: et aliis ip̄m infeſtātibus ꝓhibueris / ne vllam inferant moleſtiā. ne importunitate ſua obſtaculo et ſint impedimento Tum certe tuam fatebitur gratiam. atq̧ auctoritatem per tempora ſempiterna.)

Quibus peroratis iupiter imꝑauit quāq̧ ꝑſonam ſuā in lucez queſtionē ꝓducere. ac aliā ad ſingula reſpōdere vt breuitas obſeruaret̄. nimis em̄ longe eſſent: ⁊ tediuz parerent huiuſce oraciones quare altercationes naſcunt̄ que dum ab omnibus audiuntur magnā p̄ſe agere amenitatē vident̄ Nūc animaduertē dum quoniam ſingule pro vi ſua perſone loquentur.)

Mercurius. quis enim vos o penates ad queſtionez illam: et forenſem accerſiuit diſceptationem aut qua conſiſi demū audacia / diis fere oīb⁹ reſiſtere conemī? Penates ꝙ ſi ea que palā ſūt oībus in apertum ducamus neq̧ O mercuri certior eris neq̧ nos aliquid arbitramur dixiſſe. ſed morem tibi gerere / officioſum eſt Idcirca mortalium cauſa ſcias nos aduolaſſe Non autem vt falſo ratus audatia ſumus / pocius miſericordia moti. diis vero reſiſtere / minime putauimus. verū ne in ſua quidem innocentia homo deprimeretur in preſidium vocati noſ-

trum proſecuti ſimus officium Mercurius Nun putetis mor
talibus dignum voluntati noſtre condeſcendere: vt quod expe
timus / interdum poſſemus cum gratia obtinere videlicet ab
inani deſiſtant: tumultuoſoq̧ conatu: quo terram parentem
ſuam: ac horum fere numina offendūt. Pe. optimo maximo
ioui hominem complacitū iri: ſuumq̧ imprimis ſubire impe
riuȝ nemo improbat Ceterū ea deſerere ad que forſan a ioue de
ſtinatus vt quorundā libidini obtemperet eſſet reuera nephaſ
putare. quaſobreȝ ſi optimi iudici: acerrimiq̧ omniū nō aduer
ſari videbitur et tibi mercuri parere et alijs preſto eſt Mercuri⁹
fruſtra niti: nec quicq̄m intentiſſimo labore cōſequi vacui ca
pitis eſt. Pe. qui eñ indigna popoſcerit fruſtra quideȝ ipſe fa
tigat aera Mercurius probe mones. ſacius eſt quieſcere / q̄m
modo cum loquaciſſimis omniū nimiū ac ſine fructu conten
dere. Pe. ſi vera loquentes dicaces appellandi ſunt: ⁊ nos quo
q̧ dicaces ſumus. ſin loquacitatem quandam nominamus ca
uillationem / vter noſtruȝ loquatior ſit iupiter ipſe diiudicet
qui nulla / aut calliditate poteſt: aut verſucia falli Terra. etſi
lacrimarum vis omnem pene loquendi ſuſtulit facultatem: ac
etiam pre nimio dolore vix queam nunc vel hec labia mouere.
vel tremulam liguam ad formandos ſermones dirigere tamen
ea que manifeſta ſunt paululū explicare rei me indignitas hor
tatur. animaduerte O iupiter / laceratam eſſe veſtem meā: cor
pus confoſſum: vulneribus affectuȝ. ſic enim mortalis homo
ſumma me crudelitate perſequitur. niſi tua me ab atrocibus
defenſauerit / iniurijs propediem concidam neceſſe eſſe: atq̧
in officio meo defitiam Homo. quid reſpondeaȝ iupiter ne fa-
cile quidem habeo. ac me iam ficti fletus: viq̧ extorſe lacrime
a terra aliquantulum impediunt. propterea ꝙ plurimū timeo
ne modo tuam equitatem moueant ad credendumq̧ inducant
cum enim durum tibi ſit o terra montes cauare Cur tantope-
re abſcondis ꝙ hominum cauſa in terris natum. Cur abſtra-
his illud quo et diuina oportuerit: et humana exornari. Cur
deniq̧ atrum ſqualoreȝ: tenebras palpabiles et antra valde im

mania cogis ſubire. quid em̄ p̄cor te impellit / vt auſterā te no
bis et rebellem prebes? Ter. ſiquis eſſet tuus in me amor! quo
vtiq; et teneris genitricem venerari: et propter ſuſcepta benefi-
cia dilectōe pſequi. maternus te meror aliquātuluz moueret
ſed induratus es nate: ſed obſtinatus iam adeo / vt nullum te
poteſt pietatis munus ad humanitatem flectere: atq; etiam
ſi te forſitan nihil mouere poterit / ſaltem id vnū ad manſuetu
dinem incitare q̄ creſcentes agrorum ſegetes / pullantes arbo-
res et quoduis florum genus in ſpe vides ad vtilitatem tuam
q̄maxima. quenam poteſt maior eſſe cuiuſpiam genitricis ſu
os in natos liberalitas. que maior clemētia q̄m ea data tibi a
me: atq; elargita et que talis modo eſt aut res ad vſum tuum-
aut ſuſtentationem ſpectans que non habunde a nobis eſt im
pertita. que cum ita ſint / reuertere ad clementiam aliquam
reuertere inq̄m vt parentem valeas demum cognoſcere non ſis
tam inhumanus iam acſerus: tam obſtinatus / vt eius qus
plerūq; in gremio te fouet: omnia ſubminiſtrat incomodum
eius expetere videare. et ſiquando in hunc cecideris errorez / co
gita vt ſurgas / eamq; cōplectaris mutua dilectione / que ma
terni muneris erga te ſemper recordetur. tibi ſubuenit: quāq;
etiam penuriā cuiuſuis rei ad te pertinentis pellit: teq; vt pia
mater puidere ſolet. ſic ſupremo: optimoq; omniuz iudici pla
cebis q̄m vt diuine leges predicant: atq; humane / quaſi deum
quendaz demiſſum e celo debes honorare Homo. ſi parens es
vt aijs O terra que cauſa eſt / vt tam illiberalem: tanq̄ immi-
tem in liberos te oſtendis. non miſeret te mei dum ſupremi re
gis: atq; eius qui hunc globum terrarum mihi colere tueriq; p̄
cepit / mandata ſubeo in tot pericula ſinis: totq; auguſtias p
uenire Naq; vt alia obmittaz cerne manꝰ meas callis affectas
pter durū laborem: et prope inhumanū. ad quē me applicare
tuū in me odiuz cogit. q̄ ſi tanta eſſet erga me dilectio tua quā
tam hic in ſtrennuo iuditio! inq; conſpectu iouis optimi: et
maximi predicas / nō abderes in intimis latibolis et in medio
ferme terre / metallorꝫ venas. et q̄ānō cogeres mortis vincula

Non parentis te cognoſco affectam charitate / pocius nouer
ce a qua ꝓfecto omnis amor eſt atqꝫ fauor in educādos liberos
ſemotus. reminiſceris ſegetum: florentiumqꝫ arborum / que v
na bonitas potius ſuſcitauit: qm̄ nobis minime nota libera=
litas tua Tibi patent omnia ſupreme iupiter tu animaduerteſ
qm̄ grauiter ſim atqꝫ inique accuſatus. ⁊ plane nunc intelligis
non in eo laboribus incumbere / quo aut terre que ſua impor=
tunitate me increpat: aut ceteris ſanctiſſimum tuum iudiciū
circūſtantibus nocerem. ſed vt exequar ꝙ de me ſcriptum eſt a
ſacertimis viris / hominem eſſe ad aſſiduos genitū labores fac
preterea manus tua in procellis impeticionū tempeſtatibuſqꝫ
huius fori tutum me: ac ſecurum eſſe iubeat Minerua lumen
ingenij: animiqꝫ theſaurum homines iam non ſoluꝫ negligūt
ſed quoqꝫ penitus nihil faciunt. puluere terreue dignitatis (
vt eſt in monte niueo) excecati omnes. ſicqꝫ factis erifodinis
apta / ne dicam nobiliſſima ingenia ſeducuntur. Sapientia
que ex ore prodijt altiſſimi primo genita ante omnem creaturā
nulla iam reuerentia perſequitur. his quoqꝫ de cauſis (ꝙ gra=
uiſſimum mihi erat) a mortalibus me ad ſuperos fugere opor
tuerit Tu qui hominibus O iupiter in terris nihil ſcientia tri
buiſti inſignius proſpitias. Homo. fateor equidem minerua
ſapientiam vt aijs iouis donum eſſe nobiliſſimum. ſed falſa
de nobis rapta in iram. et opinionē ducta. qm̄ inopes ad vir
tutum faſtigia / aut raro poſſunt. aut nunqm̄ ſcandere preci=
puū igitur eſt / ꝙ ad eam ducit! quo ſe valeat deditiſſim⁹ quiſ
qꝫ diſciplinis ſuſtentare demumqꝫ ſapientie ſtudium quod lit
teris acquiritur attingere cum philozophorum dicat precipu=
us pauperem ditari facilius poſſe qm̄ philozophari. qm̄obreꝫ
grauem hanc deſine: pretenſamqꝫ extendere queſtionem. Plu=
to quamuis regionem viuentium aſcendere: intueriqꝫ lucem
ego inſolens. magno tamen ꝑculſus timore facere cogebar Nā
in hunc modum mortales in intimis moncium cauernis fode
re conantur vt apud inferos ictus ſonant: et ceu tonitrua dāt
vocem ſuam. Itaqꝫ regnum meum haud tutus habito. oro

preterea O iupiter oro: atꝫ obteſtor vim hāc ⁊ hominū impor
tunitatem prohibere velis Homo. ſi a te pluto in lucem data /
abdita forte eſſent: aut reconditis tenerent̄ rationibus / equi
dem extenderem filum orationis mee. ſed ea cum a quouis fic-
ta eſſe percipiūtur Nimirum abſtraham locutionis vigorem
Tu intelligis potentiſſime regum qm̄ nemo vnq̄m ex mortali
bus ad inferos deſcēdere cupiuit Nais. q̄mq̄m virtutes aqua
rum fontibus imprimis deorum maxime dediſti! vt labore
feſſi refrigerium ex ipſis ſuſciperent: vt qui caballino ꝓluerunt
poeticam haurirent doctrinam. vtqꝫ etiam oculi apud eos re-
frigeſcerent nunc vero a mortalibus adeo turbati vt non mo-
do in priſco non ſunt vigore: ſed quod lugubre omnino nō ap
parent. id vero ex eo prouenit / ꝙ mortalium inſolentia queqꝫ
mōtium ſubfodere laborat. quem autem in his conſulerem re
bus preter te O iupiter habeo neminem Hō ꝙ ſi quenqꝫ iaꝫ in
genioſiſſimum ſumma forte capiat ammiratio / cui videbit̄
mirum Etenim omnes qui mōtes tractant / nihil tantopere
fugiunt: nihilqꝫ magis interquerendum metalla deteſtantur
qm̄ fontes aquarū quapropter vt breuiter reſponſurus veniam
de fontiū ꝑturbatione immerito accuſor: ac pene ſum innocēs
Charon Ego mortuorū animas ꝑ acheronta / cum ex hac mi
grāt mortaliū ꝯditiōe trāſueho ⁊ act⁹ hominū dū in hac verſā
tur luce noui minime. q̄mq̄m fere omne mortaliū genus maxi
mo ad me cum dolore deſcēdit. vt ⁊ mercuri⁹ ipſe ſatis quodā
ſuo nouit officio Sꝫ flumen adeo diminui ex his ipſis monti
fodinis ac illo labore improbo quē mortaliū ſuꝑflua quedā: at
qꝫ inanis cura ꝑficit / regno plutonis dabit pauperieꝫ. numuſ
qꝫ meum hactenus vſurpatum a ſuo deficit vigore. ꝙ ſi cōſpi-
carere O iupiter qm̄ diu rates cōſtiterint / nulla pietas pre in
dignitate rei te ab ira modo abſtineret. licꝫ ne obſecro quaſi di
gito demonſtrari? Ecce ſunt fere ſicce. deficitqꝫ acherons / ac
nequit nauiū mīſtrare curſum hec ſunt iupiter ſanctiſſime / q̄
apud te iudicem equiſſimum depromere ſtatuebaꝫ. Penates.
Si animaduertiſſes charon / quid reſponſi pauloante Nais

ipſa eandem ferme adducens querelaz obtinuiſſet / procul du-
bio queſcionem hanc minus profuturam ſilentio preteriſſes
at vero litigantium mos . eo in vno maxime conſiſtit / non re
ipſa : verborum pocius conſuetudine putant perſuadere Nos
te qui es accutiſſime rationis inteſtem ꝓducimus nihil fore in
montium foueis plus ſcaturiēte aqua impedimento . vt ſepe
ab optato magno cum incomodo mortales cogit diſcedere que
reris q̄ſo charō qui hec atq; his ſimilia nō apte videat abs te fi
cta : ꝓrſus excogitata . vt vero lucidi⁹ iupiter videas ſtollones
que magnis conſtant laboribus / nulla fiunt alia de re q̄ꝫ prop-
ter arcendas aquas ne ipſe quidez foſſores a ſuis conatibus ab-
ire compellant Fauni . quantū decors ſiluis nemoribuſq; ſanc
tiſſime iudex dediſti / id profecto vnum ex eo poteſt vel maxi-
ſciri ꝙ omīuz genera amenitatū in his quidē ipis collocaſti . ac
illam imprimis arborem tibi dedicatā / que ⁊ clandifera eſt : et
quercus nomīata . verū ſine diſcrimine a mortalibus iam plan
te extirpantur . fragrancium florum : herbarumq; vis nonmo
do negligitur : verūetiā deletur : et locus ipſe in quo germina-
uerint velut deforme quoddā relinquit . Eſt quoddaz hoīm
genus cui nomē a carbonibus datū . equidem illud facile dictu
non eſt quantū dampnū ſacris nemoribus . muſiſq; infert . cete-
ris etiā vtriuſq; ſexus numībus has ſiluas habitantibus detrū
cant abietes : quercus vagos platanos igne conſumūt : atq; in
carbones conuertūt ! vt metallorū decoctores / ſuam cupidita-
tem valeant explere . vnde id primū ſibi ortū plerunq; vſurpat
ſenties reuera dū ꝑnitioſuz in argentifodinis mortaliū conatū
ꝓſpicies . hec peſtis in toto ſenſim terraꝝ orbe ſerpit . et modeſ-
tiſſimum ipſa queq; inquinat deteſtabili ſcelere Tu qui celoruz
voluis cardines : omniq; mandas creature : et gigantes fulmīe
ſtrauiſti / fac eos coherceas / quorū ſtudiū teterrimū eſt / teq; ⁊
nos qui tuo ſubiecti ſum⁹ impio offendūt ) homo . ꝓducta eſt
ad auditū tuū grauis ad modū q̄rela accuſatiq; ſunt carbonarij
manſueti homines : atq; modeſti . et ſine quoꝝ opa O iupiter
nll'a res publica hominūq; ꝯiūctio ſtare pōt : ac plane vim ſuā
obtinere . ꝙ ſi carbonarij ſuo priuarent affici ° nulla vrbs con

dᵉretur nullū phanū. tecta hominū: atq̧ edes nuſq̄m edificarē
.ur mortaliū familiaritas ꝑiret. et in nemoribus bruta velut ꝟ
ſaremur. ſed cum terre ambitum nobis colere precepiſti/haud
dubie cognoſces iuſtiſſimum fore laborem noſtrum.)
Cum terra mirū immodū ꝯqueſta et illi qui forte in auxilium
eius venerūt. et rurſus homo: penateſq̧ ꝓ vi ſua reſiſtebāt iu-
piter ipſe plurimū āmirat⁹. ac ne in partē aliquā inclinari vi-
deret. cauſas lrīs mandat: mittitq̧ fortune/ et mādat vt iuſ
tā dignāq̧ ferat ſententiā que ep̄la in hūc modū deſcripta eſt.)

# Epiſtola Jouis ad fortunaȝ data

Vpiter potēs imperio: diues ſapiētia: celoꝝ culmīa
habitās fortune mortaliū regine S. p. d. Cōquerūt
in auditu noſtro terra bach⁹ ceres nais pallas pluton
charon atq̧ fauni de mortaliū ꝑnitioſo quodā: et inani labore
quo plurimū indigna quadā: ac pene intollerabili moleſtia af-
ficiunt. Naȝ primū auditis eoꝝ q̄relis ꝓpe aſſentiebamur hoīeȝ
q̧ ipſuȝ q̄ſi cēſebam⁹ īiuſte conatū ſi forte dūtaxat pompe grā ꝺ
mōſtraret. poſtubi alterā audiuim⁹ ꝑteȝ/ mirificā certe: et in
credibilē pene mortal̄ hō in ſuā defenſionē orationē ꝓduxit nō
potuim⁹ facile/ hoīeȝ aut dannare ꝓpter grandeȝ facūdiſſimi
Mercurij accuſatiōȝ: aut ſaluare/ ob diſertiſſioꝝ penatū excu
ſationē Jdcirco negociū hoc q̄ꝺ tale eſt ad te mittim⁹ Naȝ oīs
diſſētio ex mōtifodinis quib⁹ mortales vehemētiſſime incūbūt
orta ē. ꝓpterea terra ſeſe vulneratā ꝯqueſta. vinee bachi dimi-
nuunt ꝑturbant Cereri in agris fumēta Naydi fōtes charoni
acherōs palladi ſapiētia: faunis ꝟo ſilue anihilant. at plutō
ſuuȝ haud ſecure regnū habitat Ceterū vt orbē terrarum colat
mortalis: ac nrīs obediat p̄ceptis ſe illa iā aſſerit facere Tu que
falli mēdatio nō poſſis/ forēſeȝ hāc diſceptatiōȝ aſſume. dig-
namq̧ et dis ſententiā: ⁊ hominibus ad nos mittere cura. in
quibus tuum erga nos officium cognoſcemus. vale.)

# Perlectis lr̄is a fortūa ſn̄iaȝ ad iouē ſub hoc verboꝝ tenore mittē feſtīat

Potentie datori: deorumqꝫ imperatori ioui celorum
faſtigia habitanti / fortuna mortalium regina Sa-
lutem plurimam dicit legi precepta tua regū ditiſſi-
me omnium: atqꝫ optime ac etiam quod litteris mandaſti cu-
pide ſum impletura. ſcribis de mortalium labore nihilo miror
talem enim habent nature condicionem / ſi veſperi ſe exting-
uendos ſcirēt / mane tamen elatum in ipſis videres animū ſed
eloquentiam ex me ſuſcipiunt / cum magna vtuntur in ea au-
datia. ſed vt breuitatem obſeruam huiuſmodi ſumme ſentē-
tiam. homines debere montes tranſfodere: metallifodinas
perficere: agros colere ſtudere mercature terrāqꝫ offendere. ſci-
entiam abicere: plutonem inquietare. ac demum in riuulis a-
quarum venas metalli inquirere corpus vero eius a terra con-
glutiri: ꝑ vapores ſuffocari. vino inebriari: fame ſubici et qđ
optimum ſit ignorare multa preterea alia pericula hominibus
eſſe propria. vale.)
Epiſtola hec ad iouem miſſa: lectaqꝫ et diȷ̇s et hominibus iuſ
tiſſimam eſſe ſententiam iupiter affirmauit Quibus viſis he
remita viam attingens: montemqꝫ aſcendit mox vidit cellam
ſuam in eā eſt reuerſus.)

Et eſt finis

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

BSB